



Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Toleti S. R. E. Cardinalis Svmma Casvvm
Conscientiæ, Sive De Instrvctione Sacerdotvm Lib. VII**

**Toledo, Francisco de
Coloniæ Agrippinæ**

51. De quibusdam dubijs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40916

ticipata solutione, quales sunt merces lanarum : non enim aliter mercatores possunt eas habere , nisi anticipando solutionem, qua pastores possint pascere oves , & expensas suas facere. In his pretium iustum est sumendum à tempore solutionis, non à tempore, quo lanæ traduntur. Hoc tamen non licet in alijs mercibus , nisi in his, quæ aliter contractari nequeunt.

De quibusdam dubijs.

C A P V T L I.

Dubium vnum occurrit, an liceat, cum res credito venditur , supra iustum pretium exigere lucrum cessans, ratione pecuniae numeraræ: verbi gratia, est mercator vendens suas merces, quæ valent centum , si venderet numerata pecunia, exponeret negotiationi centum hæc, & lucratur plura, an liceat exigere ab emptore illa centum, quæ merces valent, & lucrum cessans? Anton. 2. part. titul. 1. capit. 8. §. 2. omnino negat, sed purat esse usuram. Soto libr. 6. quæstion. 4. articuli. dubitat ; tamen inclinat in partem Anton. at Richardus & Caietanus, quos ipse citat, tenent licitum esse. Mihi videtur, cum distinctione procedendum. Aut enim venditor sponte vendit sua , aut rogatus ab emptore, cum alias ipse habeat emptores , qui emant numerata pecunia, modo priori non licet, posteriori vero licitum est: nam tunc videtur iam damnum emergens , cum iste posset merces numerato vendere, damnum autem emergens, ut superius diximus, potest exigi.

Aliud dubium est , an liceat supra istud pretium exigere aliquid ab emptore, ratione periculi, cui exponuntur merces, cum credito venduntur , certior enim habetur pecunia præsens, quam futura. Medina C. de restitutione , quæstion. 38. tenet licitum esse . Conrad. verò, quæstion. 59. de contract. & Soto, loco citato, negant. Concedunt quidem posse exigi aliquid ratione expensarum , quando timentur dictæ expensæ probabiliter futuræ; vt, qui vendit homini solito non solvere, quin prius coram Iudice sèpè compareat, potest ultra pretium mercium aliquid exigere, ratione periculi probabilis expensarum: tamen propter nudum periculum, quod in ipso credito est, non licet. Hoc mihi videtur securius, & tenendum; nam

alias

alias aperitetur porta ad usuram: posset enim tunc in omnibus
tuo aliquid exigi, ratione periculi talis; & tunc usura sui con-
sequeretur intentum.

De emptione cum pacto retrouendendi.

CAPUT LII.

Quarta radix, unde oritur fraus in emptione, & venditione, est, cum res non simpliciter venditur, aut emptio
puta, cum sic venditur, quod obligatur emptor, quoniam
suam accipiat pecuniam, iterum reuendere rem venditor, &
hic contractus dicitur emptio, seu venatio cum pacto retro-
ueniendi, & licitus est ex se, & solet etiam apponi conditio, n-
isi intra sex, vel tot annos venditos redimat, sit emptio so-
mnino: & hoc etiam licitum est. Res autem sic empta minus
valet, quam cum emitur simpliciter, & sine pacto: nam emittit
res cum tali onere, quamvis minus sit istud onus, cum ap-
ponitur predicta conditio, ut redimatur intra annos, alias
redimi non possit. Ad iustitiam huius contractus duo exiguntur.

Vnum est, ut qui emit, intentionem habeat emendi; nam
alias esset usura, & mutuum virtuale cum lucro: nam accipi
capitale postea, & lucrum rei emptae: & maxime cognoscitur
intentio emendi, cum ob necessitatem sit. Aliqui etenim ro-
lentes vilius emere, quia non aliter possunt, tali vniuersitatis
contractus; hic autem in immobilibus fit rebus, ut domibus, vi-
neis, &c.

Alterum est, ut, cum reuenditio sit, non plus accipiantur
venditore, quam fuit, quod ei datum fuit. Hisstantibus duobus,
non est fraus in huiusmodi contractu.

De negotiatione.

CAPUT LIII.

Negotiatione quedam emptio est: est enim emptio ad re-
uenditionem rei inuariatae ordinata. Emere enim ad
reuendendum, est negotiari, non quo cumquem modo:
nam aliqui emunt rem, sed non, ut emunt, vendunt, sed mu-

tando